Fragmentarium

cias· Quoniam fortitudo mea et refugi-
um meum es tu· et propter nomen tuum de-
duces me et enutries me· Educes me de laqueo
hoc quem absconderunt michi· quoniam tu es pro-
tector meus· In manus tuas commen-
do spiritum meum· redemisti me domine
deus veritatis· Odisti observantes va-
nitates· supervacue· Ego autem in do-
mino speravi· exultabo et letabor in miseri-
cordia tua· Quoniam respexisti humilitatem
meam· salvasti de necessitatibus animam
meam· Nec conclusisti me in manibus
inimici· statuisti in loco spatioso pedes
meos· Miserere mei domine quoniam tribulor·
conturbatus est in ira oculus meus
anima mea et venter meus· Quoniam defe-
cit in dolore vita mea· et anni mei in
gemitibus· Infirmata est in paupertate
virtus mea· et ossa mea conturbata
sunt· Super omnes inimicos meos

License: public_domain – Brugge, Rijksarchief te Brugge, verzameling 'Cumulus Ecclesiasticus', nr. 599, fol. [ii]r – Psalter (https://fragmentarium.ms/view/page/F-hokm/8343/64791)